

Q. Aquius Antonia|nus pontif. perpetuus | (*bucranium*) | ex vaticinatione<sup>3</sup>  
Pusoni Iuliani archi|galli<sup>4</sup>. Inchoatum XII kal. Mai., consum|matum VIII  
kal. Mai. L. Eggio Marullo | Cn. Papirio Aeliano cos.<sup>5</sup>, praeunte Aelio |  
C[astrense] sacerdote<sup>6</sup>, tibicine Albio | Verino. (*In latere: caput arietis; in  
altero latere: secespita.*)

*Tain ad Rhodanum, ubi fuit Tegna statio viae Vienna Valentiam ducentis  
(XII 1782 vidit Hirschfeld). — 1) Pauca litterarum vestigia quae agnosci poterant  
omisi (videtur hoc loco fuisse nomen Matris deum). — 2) Cf. N. 4131 seq. Pro  
colonia Lugdunensi sacra facta esse et a sacerdotibus Lugdunensibus in provincia  
Narbonensi non longe a Valentia, testimonio est, ut iudicat Hirschfeld, illum locum  
attributum fuisse Lugdunensibus. — 3) Cf. N. 4132 not. 5. — 4) Idem archigallus  
est in titulo Lugdunensi infra N. 4132. — 5) 20—23 Apr. 184. — 6) Idem Aelius  
Castrensis est in titulis Lugdunensibus infra N. 4152. 4153.*

**4131** taurobolio Matris d. m. Id., | quod factum est ex imperio Matris  
d.<sup>1</sup> | deum, | pro salute imperatoris Caes. T. Aeli | Hadriani Antonini Aug.  
Pii p. p. | liberorumque eius, | et status coloniae Lugudun., | L. Aemilius  
Carpus IIIIvir Aug., item | dendrophorus, | (*caput bovis*) | vires excepit<sup>2</sup>  
et a Vaticano<sup>3</sup> trans|tulit, ara et bucranium | suo inpendio consacrauit, |  
sacerdote | Q. Sammio Secundo ab XVviris | occabo et corona exornato<sup>4</sup>, |  
cui sanctissimus ordo Lugudunens. | perpetuitatem sacerdoti decrevit, | App.  
Annio Atilio Bradua, T. Clod. Vibio | Varo cos.<sup>5</sup> | L. d. d. d. (*In dextro latere*)  
Cuius mesonyctium | factum est (*ensis hamatus*) V id. Dec. (*In sin. latere:*  
*caput arietis.*)

*Lugduni (XIII 1751 vidit Hirschfeld). — 1) d. errore addita. — 2) Cf. N. 4127.  
— 3) Collis Vaticanus urbis Romae, ubi certe aetate labente praecipuam sedem  
horum sacrorum in urbe Roma fuisse docent tituli infra N. 4143. 4147 seq. — 4) Cf.  
N. 4175. Sacerdotes quindecimvirales, ut plerumque dicebantur, habes etiam N. 4140.  
4184. 4185. — 5) A. 160.*

**4132** !!!!!!!!!!!!! | !!!!!!!!!!!!!<sup>1</sup> | numinib. Aug. totiusque |  
domus divinae et situ<sup>2</sup> c. C. C. | Aug. Lugud.<sup>3</sup> | tauribolium fecerunt  
dendrophori | Lugduni consistentes, | XV kal. Iulias | imp.<sup>4</sup> !!!!!!!!!!!!!  
!!!!!!!!!!!! | Marco Sura Septimiano | cos.<sup>4</sup>, ex vaticinatione<sup>5</sup> | Pusoni  
Iuliani archi|galli<sup>6</sup>, sacerdote | Aelio Castrense<sup>6</sup>, | tibicine Fl. Restituto.<sup>7</sup> |  
Honori omnium<sup>6</sup> | Cl. Silvanus perpetuus | quinquennalis inpen|dium huius  
arae remisit. | L. d. d. d. (*In latere: caput bovis insulatum; in altero latere:*  
*caput arietis, ensis hamatus.*)

*Lugduni (XIII 1752 vidit Hirschfeld). — 1) Erasa Commodi nomina (cum  
formula pro salute). — 2) Expectaveris statu. — 3) Coloniae Copiae Claudiae  
Augustae Lugduni. — 4) Erasa nomina Commodi, qui sextum consul fuerat a. 190,  
deinde in spatii vacui partem postremam intrusum Marco Sura, cum antea Septi-  
mianus hoc solo nomine appellatus esset. — 5) 'Ex vaticinatione archigalli' sacra  
huius generis peragebantur etiam in Portu Romano (fr. Vat. 148) et Milevi in Nu-  
midia (infra N. 4136) et sine dubio alibi. — 6) Cf. N. 4130 not. 6. — 7) Idem  
tibicen est N. 4133. 4134. — 8) Omnium, puto deudrophorum, quorum quinquen-  
nalis videtur fuisse Claudius Silvanus.*